

et bonis et malis resurrectionem carnis in ad
uentu futurū esse communem et retributionem
vero iusticie dei esse bonis malisq; dissimilē
secundum quod apostolus ait quia omnes re
surgemus sed non omnes immutabimur. Im
mutabuntur autem iusti qui ibunt in vitā eter
nā quod apostolus ostēdit dicēs et mortui resur
gēt incorrupti et nos immutabimur. Et ostē
dens que erit ipsa immutatio adiecit. Opor
tet enim corruptibile hoc induere in corruptio
nem et mortale hoc induere in mortalitatem
In eorum corporib; fiet quod apostolus ait
seminatur in corruptione surget in incorruptio
nem. Seminatur in ignobilitate surget in
gloria. Seminatur in infirmitate surget in
virtute. Seminatur corpus animale sur
get corpus spiritale quod propterea spirita
le dixit non quia ipsum corpus spiritus erit
sed quia viuificante spiritu immortale atq; in
corruptibile permanebit. Sic autem tunc
dicitur spiritale corpus cum non spiritus sit
sed permaneat corpus sicut nunc animale di
citur cum tamē inueniat non anima esse sed corpus

Humilissime tene et nullatenus dubites

exceptis illis qui pro nomine cristi suo sang-
uine baptisantur. nullum hominem acceptu-
rum vitam eternam. qui non hic a malis su-
is fuerit per penitentiam fidemq; conuersus
et per sacramentum fidei et penitentiam idest
per baptismum liberatus. Et maioribus quide-
neceffarium esse. et penitentiam de malis su-
is agere. Et fidem catholicam secundum regu-
lam veritatis tenere. et sacramentum baptis-
matis accipere. Paruulos vero qui nec pro-
pria voluntate credere. nec penitentiam pro
peccato quod originaliter trahunt agere pos-
sunt. Sacramentum fidei et penitencie quod
est sanctu baptismus q̄ diu rationis etas eoru
capax esse non potest sufficere ad salutem.

Humilissime tene et nullatenus dubites
Reminem hic posse hominum peni-
tenciam agere. nisi quem deus illumi-
nauerit. et gratuita miseratione conuerterit.
Apostolus enim dicit. Ne forte det illis de-
penitentiam ad cognoscendam veritatem et
resipiscant a dyaboli laqueis.

Humilissime tene et nullatenus dubites. posse q̄de